



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd angeli apostatæ,& impii homines post tormenta quasi suppliciis
expurgati, non iustorum societati donetur. cii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

mortalitatem eos qui in aduentu domini viui inueniendi sunt, & hoc eis reputari pro resurrectione ex mortuis, quod mortalitatē immutatione deponant nō mortem, quolibet quis acquiescat modo non hæreticus, nisi inconventione hæreticus fiat. Sufficit enim in ecclesiæ lege, carnis resurrectionem credere fieri ce morte.

De eadem re. Caput C.I.

Quod autem dicimus in symbolo, in aduentu domini *Ite Aug.*
viuos & mortuos iudicando, non iustos tantum ac
peccatores iudicari, sicut Diodorus significari
putat: sed viuos eos qui in carne inueniēdi sunt dicit. *Quia*
adhoc morituri creduntur, vel immutandi, sicut alij volunt:
vt suscitati continuo vel reformati à mortuis iudicentur.

*Quod angeli apostatae, & impū homines post tormenta
quasi suppliciis expurgati, non iustorum societa-
ti donentur. Caput C.II.*

Post resurrectionem & iudicium, non credamus resurre- *Ite Aug.*
ctionem futuram, quam origenes delirat, vt dæmones
vel impij homines, post tormenta quasi suppliciis expurga-
ti, vel illi in angelicam qua creati sunt redeant dignitatem,
vel in iusti iustorum societate donentur, eo quod hoc diuinæ
conueniat pietati, ne quid ex rationabilibus pereat creatu-
ris, sed quolibet modo saluentur. Sed nos credamus ipsi iu-
dici omnium, & retributori iusto qui dixit: Ibunt impij in
supplicium aeternum, iusti autē in vitam aeternam: vt per-
cipiant fructum operum suorum. Et iterum: Ite in ignem
aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.

*Quod resurrectio fieri debeat in ætate perfectæ iuuen-
tutis, quæ profectu non indigeat. Cap. C.III.*

Inchoatio pacis sanctorum est in hac vita non perfectio. *Ex dictis*
*I*fidi. *Tunc autem erit plenitudo pacis, dum ad Dei contem-
plationem absorta carnis infirmitate conualuerint. Resur-
rectio mortuorum, vt apostolus ait, in virum perfectum in
mensurā ætatis plenitudinis Christi futura est: In ætate sci-
licet iuuentutis quæ profectu nō indiget, & abfq; inclinatio-
ne defecitus in perfectione ex vtraque parte & plena est &
robusta. Quāvis nūc filiorum Dei nomine homines fideles*

TT. iiiii